

De ortu: ingenio: erudi-

tione: errore: conuersione: ac sacra baptismali re-
generatioe Diui doctoris Augustini breuis nar-
ratio.

Augustinus Afer Carthaginensis
ex Patricio patre et Monica ma-
tre genitus: puer acerrimi et admi-
randa fuit ingenij. Adolefens ad-
huc naq; quicquid in libris artium
quas liberales vocant de arte dis-
serendi: loquendi: de dimensionibus: de musicis
et numeris traditus est: quoscunq; legere potuit:
sine magna difficultate absq; ylo preceptore (vt
ipse testatur) per se intellexit. Hinc in Aristoteli
ca doctrina: in disputandi astutia: omniq; secula-
ri litteratura ita eruditus fuit: vt acutissimus phi-
losophus: rhetor: prestatissimus: argutissimusq;
dialecticis haberetur. In hoc tamen vno ober-
rauit: q; christiana veritate contempta gentiliu
superstitionibus inhesit: Et inde in Manicheo-
rum heresim prolapsus: dimidiam fere vitam suam
inter illorum mores ac vanas disciplinas munda-
nosq; errores contriuit. Postq; autem pluribus
annis et apud Carthaginem et in vrbe Romana
rhetoricam docuisset: Mediolanum venit eandem
artem ibidem traditurus. Vbi cum inuenisset san-
ctum illum et doctissimum virum Ambrosium eius-
dem ciuitatis antistitem: sepius cum eo conuer-
sabat ac disputabat. Et quia in disputando plu-

rimu fuerat exercitatus atq; versutus: tantis in-
terdum contra sacrum litterarum scripturas ar-
gumentis: tanta pertinacia et disputationis sue
acrimonia ac vehementia patre Ambrosium vr-
gebat: vt (eo teste) inter supplicationes suas deum
rogare coactus fuerit: vt se ab eius captionibus
auerteret. Adhuc in modum optabat sanctus ille
pater hominem tante doctrine in christiana fide
illuminari: iuges pro eo orationes offerebat. Pia
quoq; mater eius Monica: preces et lachrymas
pene continuas pro ipso fudebat. Istis factus
est: vt declinare aliquantulum ab errore inciperet
et predicationibus sancti Antistitis aliquando
interesse curaret. In quibus duz sinceritate chri-
stiane fidei: omnes disciplinas et omniu artium
argumenta superare demonstraret: Augustinus
diuino auxilio christi veram religionem ample-
xus est: Et factus cathecumenus: a Simplicia-
no pbate sanctitatis viro de christi fide et vera re-
ligione ita est instructus: vt omnis error omnisq;
dubitationis timor ab eius animo procul pelle-
retur. Multis tunc lachrymis errorem suum con-
fessus est: magno luctu conuersionis diuturnita-
tem conquestus est: ingentisq; dolore seram peni-
tentiam dānauit. Sic tandem cum filio suo Adeo-
dato et socio Alipio a venerando patre Ambro-
sio baptisatus est: nouisq; vestimentis indutus.
Triumpharetic cepit Augustinus illa hora in
qua nouum hominem induit: et vna cum episco-
po Ambrosio diuino quodam instinctu hymnu
de fide christi cantauit: quem sequentem vides.